

5642 [=4454] in operculo vasis S. Sossio in ecclesia PP. Passionistarum.

APT · CR

Cayro Fregelli p. 107.

5643 prope S. Giovanni in Carico in aedibus rusticis Petri Dolce.

EX · TESTAME^{nto}

Recognovi. *Comm. di Caserta* 7 Oct. 1872 p. 50.

5644 prope S. Giovanni in Carico in aedibus rusticis Petri Dolce.

Recognovi. *Comm. di Caserta* 7 Oct. 1872 p. 50.

5645 [=4448] in operculo urnae prope Fregellas [S. Giovanni in Carico].

OSSA

Cayro Fregelli p. 108. Cf. n. 5137. 5157 a.

5646 S. Giovanni in Carico nella strada principale, nel muro esterno del granile rimpetto il palagio Cayro.

A X W

MVSTELA HIC POSITA IN PACAE QVIESCIT QVAE VIXIT ANN 6 VNVM M III D XIII DEP 6 D VIII 6 IDVS DECB 5 CONSS 6 TATIANI ET SYMMACI VV CC p. C. 392

Recognovi descriptam a Nissen. *Commissione di Caserta* 7 Oct. 1872 p. 52.

LXVIII. FABRATERIA VETVS (Ceccano). Tribu Tromentina.

Unum Plinium supra p. 547 vidimus distinguere Fabraterias duas veterem et novam. Quae narrat Livius 8, 49 ad a. 424: *legati ex Volscis Fabraterni et Lucani (praeterea ignoti) Romam venerunt orantes, ut in fidem reciperentur; si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio p. R. fideliter atque oboedienter futuros. missi tum ab senatu legati denuntiaturumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent, valuitque ea legatio, ad hanc Fabrateriam necesse est spectent, quoniam nova condita est anno demum 630. Id ipsum ad Silium quoque pervenit 8, 398, si ratione rem egit. Denique quae index coloniarum de Fabrateria habet, supra l. c. diximus pari iure ad alteram utram trahi posse. Fabraterni veteres nominantur infra in titulis n. 5647. 5650. 5654. 5655 (?); *Vetuscenses*), ut videtur, in saeculi quinti inscriptione n. 5651. Quo iure fuerint post amicitiam factam cum populo Romano etsi non traditur, dubitari non potest civitatem sine suffragio Fabraternos tum accepisse, pariter atque acceperunt paulo ante Fundani et Formiani, paulo post Privernates. Postea municipii locum tenuisse tituli declarant (n. 5653. 5654. 5657). Meliore aetate eos fuisse sub *dictatore* dictatoribusve effici videtur ex n. 5655. Deinde iis praefuisse *III viros* ostendit titulus n. 5657. *iiii viri quinquennalis* (*quinq. vir* n. 5654); itaque his, non Fabraternis*

novanis rectis a duoviris, missum est rescriptum imp. Alexandri ad *III viros et decuriones Fabraternorum* insertum Codici Iustiniano 11, 40, 1. Praeterea nominantur *curator kalendarii arcae decurionum* n. 5657 et *curator kalendarii novi* n. 5654; item mulier *sacerdos divae Faustinae* n. 5656; denique *cultores antistites deae Cereris* n. 5654 et *cultores Herculis* n. 5647 neque ab his opinor diversi *iuvenes Herculani* n. 5657. *Municipes popularesque Fabraternorum veterum* si vere legitur n. 5653, illi possessores erunt, hi plebs urbana. Tribus horum quoque Fabraternorum videtur fuisse Tromentina (n. 5657).

Ex Fabrateria vetere unum titulum n. 5656 protulit AMICVS METELLI is ipse qui eidem Cosana Signinae dedit, paulo plura SMETIVS accepta ab Ioh. Becano. Hoc demum saeculo Hieronymus AMATI (*Giornale Arcadico* a. 1825), Iosephus DE MATTHEIS (*Atti dell' Accademia pontificia di archeologia* vol. 7 a. 1836), Raphael GARRUCCI (*i marmi antichi di Fabrateria vetere oggi Ceccano, lettera a Monsignor Giuseppe Berardi*. Romae 1858. 4. pp. 28) vetera monumenta quae Ceccani prostant cum in aliis locis tum maxime in antiquissima ecclesia S. Mariae ad flumen, diligenter descripta in lucem protraxerunt.

5647 litteris parum elegantibus. Ceccani in curia.

C V L T O R E S · H E R C V
L I S
F A B R A T E R N I · V E T E R E S
C V R · C · V E T T I O · C L E M E N T E · P
5 L O C · D · A B · C · T I T I O · D E C I M O · P

Descripserunt contuleruntve Giorgi Ferentinas, Nissen, Zangemeister. Hier. Amati *Giorn. Arcad.* a. 28 (1825) vol. 84 p. 349, cui misit Franc. Gizzi (inde Cardinali dipl. 632); de Mattheis *accad. Rom. di archeologia* 7 (1836) p. 314; Garrucci n. 8. Orelli 102.

Cultores Herculis Fabraterni veteres cur(ante) C. Vettio Clemente p(atrono?) loc(o) d(ato) ab C. Titio Decimo p(atrono?).

5648 optimis litteris. Ceccani.

ab una parte:

VS · C · L · MA
I T E R V M
VNONI · REG · SVA · PEC · FACIEND. cur

ab altera parte:

iden VM
EX · SVA · PEC · DAT

Secundi tituli ectypum vidi apud Giorgium, qui utrumque descripsit. Garrucci n. 4.

I, I vs om. Giorgi. — 3 sic Garr., sed PEC in ed. excidit, manu suppletum in exemplari quod vidi, ..NONI·REG·SVA·PEC... Giorgi.

5649 Ceccani in ecclesia S. Mariae ad flumen in pavimento.

IMP · CAESAR · D^{omi} Traiani parthici F · DIVI · NERVAE · N · TRAIANUS · DRIVS
AVG · PONT · MAX · TR^{ib} · POT · VSTAT^e · FILIPAS · PECVNIA · sua res · TITVIT

Recognovi descriptam a Zangemeistero. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 315'; Garrucci n. 3.

5650 Ceccani in ecclesia S. Mariae ad flumen.

FL · VAL · COS^{tan}
T I N O
PIO · FELICI · A^{ug}
FABRAT · VET

Recognovi post Nissenum et Zangemeisterum. Garrucci n. 4.

5651 litteris pessimis. Ceccani in ecclesia S. Mariae.

RESTITVTORI GENERI^e
ANICIORVM OB INLVS
TRIA MERITA ORDO PO
sic PVLVSQ · CIVITATIS · VETVSC
5 DIGNISSIMO PATRONO

Recognovi. Smetianum exemplum servavit unus Waelschapple ms. f. 29. Ex lapide Garrucci n. 2 (cf. *Bull. dell' inst.* 1859 p. 58); Giorgi *Bull. dell' inst.* 1859 p. 42.

Refutatis Garrucci erroribus Giorgius attulit titulum Praenestinum similem Orell. 101: *Bassi. Anicio Auchenio Basso v. c. procons. Camp., provisorii eiusdem provinciae, restitutori generis Aniciorum ob merita eius industria ordo populusque civitatis Praenestinae pon. cens.* Similes item sunt Beneventani vol. IX n. 1568. 1569 alique. Dixit de Basso hoc eumque fasces tenuisse a. 408 demonstravit Borghesius opp. 8, 199.